



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Constantino imperatore. Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. VIII.

gritudine & doloribus internorum viscerum corre-
pius, amissis quoque morbo luminibus, & tunc ma-
gis quid aduersus Christum commiserit videns, viue-
di finem facit, lata prius lege pro liberatione Christia-
norum.

DE CONSTANTINO imperatore.

Caput IIII.

Per idem tempus exoritur Constantinus religi-
osissimus imperator, Constantij æque modera-
tissimi principis, de quo Paulo ante memoriaui-
mus, filius & hæres, Romanum obtinet imperium.
Hic in obseruantia religionis omnes ante se impera-
tores exuperat. Hic vltimis persecutionum temporibus
fere, cum vellet deus repropitiari sanctis suis, & ecclæ-
siam suam tranquilla pacis soliditate stabilire, Christi
anus effectus, licentiā dat Christianis cōcilia libere cō-
gregare, & ædificare ecclesias, quas & ipse plurimas cō-
stituerat, & plurimalargitur, diuino cōmonitus spiri-
tu, & hoc cælesti miraculo: Cum esset pugnaturus cō-
tra Maxentium urbis Romæ tyrannum, & inde diui-
num auxilium deprecaretur, vicit nocte per soporem
signum igneum in cælo, & astare angelum dicentem:
Cōstantine, in hoc signo vinces. Itaq; cū hoc signo in
militaria vexilla transformato procedit ad bellum,
idemq; signum ex auro fabrefactum dextera manu
sua gestans, & deprecans deum, vt si fieri posset, illam
dexteram suā nō sineret Romano sanguine maculari
pr̄statq; ei deus, Maxentiumq; tyrannum cōgredi pa-
rante, cum vniuersis nauibus quibus fluvii strauerat,
demergit in profundū. Tunc Senatus populusq; Ro-

HAYMO DE CHRISTIA.

manus tyrannica peste liberati, Constantinum ut suę libertatis restitutorē excipiunt, faciuntq; ei imaginem ob honorem triumphi. In cuius dextera idem imperator signū crucis depingi iubet, & subter ascribi huius virtute vrbem restitutam esse libertati. Tunc legem scribit, conspirante etiam secum in hoc Licinio, sororis suæ Constantiæ viro & consorte regni, ut ab universis colatur deus Christianorum, qui sibi victoriam dedit & vrbı libertatem. Quam legem & usque ad orientis partes emittit, vbi adhuc ferbuerat persecutio. Tunc apertus indulgentia legitimi principis manifeste status ecclesiarum, reparari incipit verbum, & doctrina Christi libere propagatur, celebrantur festiuitates, conueniunt episcopi, ecclesia dedicantur, persecutores quoque per quos Maximinus impietatis fomea conceperat, iubente principe, supplicijs excruciantur: ipsius vero tyranni imagines sculpitæ vel pictæ precipitari iubentur, vel atro fuscari, aut coloribus oblitterari. Dum ergo sic proficit ecclesia apud deum & homines, & quasi quædam imago cælestium habetur in terris, præfatus Licinius Augusto inuidens Constantino, quod ob maximam religionem in veneratione esset omnibus, & maxime Christianis, occultas insidias molitur. Sed carens effectu, mox apertum bellum indicit, Christianos versa vice persecuitur, & noua & inaudita crudelitate, missis in carcerem cibum & potum interdit: nolentesque sacrificare nouis ac monstruosis excruciatæ supplicijs, tradit lanionibus, ut porcorum more suspensos & caudicibus superpositos, cedant in frusta, & in mare ad pabulum piscibus pro-

RERVM MEMO. LIB. VIII.

Hic autem missos vero in exilium legitimis vxoribus spo-
liat, ac suis satellitibus iungit. Iam vero ecclesias fide-
lium, quas prius extrui præceperat, subuertit. Deniq; tanta eius tyrannide motus Constantinus, ire obui-
am parat, nec difficultas sit victoriæ. ubi & causa iusti-
or & virtus eminentior extat. Deiectoque tyranno,
Licinio, soliditatem Romani imperij solus obtinet cum
filijs, ecclesiarum statu incredibili diligentia restituto-
quas deinceps sumptibus, privilegijs, honoribus am-
pliare & sublimare procurat. Hucusque Eusebius Cæ-
sariensis. reliqua Rufinus prosequitur.

S D^o HAYMONIS

EPISCOPI HALBERSTAT-

tensis liber IX.

Caput I.



Ed his temporibus commoda pace
& quiete ecclesiis redditâ, alias perse-
cutionis turbo inuehit. Etenim Arri-
us quidam Alexâdri presbyter pra-
ua quædam dogmatizat, & ab illa æ-
terna & ineffabili dei patris substan-
tia vel natura filii conat abscindere, dicës: Nō semper
deus pater fuit, non semper fuit dei verbum, sed fuit
qñ deus pater non fuit. dei autem verbū ex non ex-
istētibus factū est. existens em si existentē ex non ex-
istēte fecit, quapropter fuit aliquā, qñ nō fuit. creatura
tm & factura est filius neque similis est patri secundum
substantiā, neq; verus est, neq; vera sapientia eius est,